

lis, est stricta interpretationis, ut communis tenet contra Gonzalez: atque ita sub reservatione dignitatum non veniunt Episcopatus; nec sub reservatione collationum electiones &c. Similiter reservationes specialiter post concordata non videntur stringere Germanos, ut in Const. S. Pii V. Cum ex Apostolatus, & altera: Romanum Pontificem Greg. XIII. Humano Alexand. VI. in eminenti, in Trid. S. 24. c. 13. de refer. &c. nam Pontifex non censetur derogare concordatis, nisi id exprimat, ut supra dictum. Item si Episcopus in Ecclesia electiva, factus Cardinalis, obtinuit indultum liberae electionis, non censetur Episcopatus reservatus Papa per §. 2. concord. Germ.

50. Q. VI. Quid, & qua sint beneficia affecta? R. ad 1. Affecta sunt illa, quibus Papa aliquando manu apposuit incipiendo conferre; ita ut ab inferiori collatore conferri nequeant. Convenit affectio cum reservatione, quod per utramque inferiori collatori tollatur potestas conferendi: differt vero in multis: nam reservatio fit per verba expressa, est continua, & diuturna, & locum habet tantum in beneficiis: e contra affectio fit ipso facto, ex quo tacita oritur reservatio; definit, si provilio secuta est, ut, secuta vacatione, inferior conferat: & locum habet etiam in Ordinibus, ut ordinatus a Papa, nequeat Superiores Ordines ab alio recipere, c. 12. de temp. Ord.

Vide notat. post hoc c. par. 1. p. 220. Item in causis, si Papa per se, vel per delegatum capit cognoscere; tunc enim inferior non cognoscet in eadem causa, nisi utrobique adit licentia Papa. R. ad 2. Beneficia per appositionem manus papalis sunt affecta: 1. Si Papa prohibuit, ne electores ad electionem procedant. 2. Si beneficium, vel jus ad illud resignetur in manibus Papa. 3. Si Papa alicui dar beneficium in Commendam. 4. Si mandat alicui provideri de beneficio proxime vacaturo. 5. Si Papa etiam invalide conferat alicui beneficium, ut comm. docet contra Abbatem. E contra affectio non fit: 1. Si Papa apposuit manum, non ad conferendum, sed ad alium effectum, v. g. ad praestandam pensionem. 2. Si conferre voluit ex causa permutationis, vel resignationis in favorem tertii; & interim beneficium vacat per obitum. 3. Si conferre voluit ex falsa relatione reservationis, quae non fuit. 4. Si Ordinarius prior contulit: at in dubio preferendus est provilus a Papa. 5. Si beneficium fit juris patronatus laici, aut veritatem praedictorum concordatorum. 6. Si appositio manus semel est fortia suum effectum, Gonz. Reiff. & alii.

S. V.

De primis precibus Imperatoris Romanorum.

51. Praeces istae sunt nominatio personae idoneae ad certa beneficia competens Imperatori, seu Regi Romano ex indulto Sedis Apostolicae. Dicuntur praeces, quia Imperator non confert, sed tantum petit nominando, ut collator ordinarius conferat: & quia praeces haerentur mandato Apostolico, evadunt praeces armate. Prime vero vocantur, quia sunt prima petitio Imperatoris; & primaria quia praeruntur collationi omnium aliorum collatorum. 2. Jus primatum precum est omnino antiquissimum, & descendit ex gratia, & indulto Sedis Apostolicae; non vero ex vi electionis imperatoriae, ut tenent catholici contra heretodoxos Fruith, Viriati, Reinking, &c. nam id probant antiquissima diplomata Rudolphi I. & II. Ferdinandus II. & III. in quibus tales praeces dicuntur favorabiles, ex mera liberalitate, & de Apostolica potestatis plenitudine concessae: & licet in illis revocatio fit ad antiquam consuetudinem, tamen haec consuetudo dicitur probata, & roborata auctoritate Apostolica. An vero jus primatum precum competat Imperatori ex indulto Apostolico semel pro tempore dato, aut consuetudine per Sedem Apostolicam approbata; an vero singulis Imperatoribus opus sit novo speciali indulto, his est etiam inter catholicos, quam hic non decido. Vide Engel, Reiff. Schmalz, & praeceteris Chokier.

52. Q. I. Quid juris habeat Imperator in primatum precum? R. I. In omnibus Ecclesiis Rom. Imperii, prout nunc est, junctis Ecclesiis Metensi, Tulensi, & Verdunensi, quae salvis prioribus juribus in

Pacific. Westphal. incorporate sunt corone Gallicae, semel pro uno beneficio quocumque, etiam electivo, nominare potest; & quidem in singulis Ecclesiis: sic enim habetur in tenore primatum precum. Excepit dignitates Pontificales, & principales in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, beneficia juris patronatus laicorum, ex natura sua regularia, ut Abbatis, litigiosa, manualia, resignata ex causa permutationis, Vicarias temporales, monocollata, & si collator non habet ultra tria beneficia.

53. II. Nominatio Imperatoris non impeditur per concordata Germaniae, nec per regulas Cancell. nec per scripta, aut reservationes papales (exceptis, quae continentur in extrava. Ad regimen. h. r.) nec per statuta, & consuetudines particulares: & ideo praecisa ignobilis recipi debet in Ecclesia, in qua nominabiles recipiuntur. His tamen non obstantibus, cum privilegium hoc exorbitet a jure communi, stricta est interpretatio.

54. III. Imperator hoc jus nominandi committere potest aliis, sicut Wenceslaus Imp. commisit Ruperto Seniori Palatino per diocesim Spirensis, & VVormatiensis. In dubio, an quis prius a Cesare; an ab eius Commisario nominare sit, praefertur nominatus a Cesare, utpote digniore.

55. IV. Imperator auctoritate Apostolica constituit executores primatum precum, qui hanc potestatem, cum sint delegati principis, subdelegare possunt; & cogere ordinarios collatores ad conferendum; alioquin, ipsi recusantibus, executores conferunt.

56. V. Imperator postquam unum nominavit, re integra potest variare, & alium nominare, etiam private: nam per talem nominationem nullum jus acquisitum est nominato, est in rotulo, seu albo Caesaris adscriptus sit; ergo siue executor revocari potest, ita & nominatio. Tunc autem res definit esse integra, dum imploratum vel officium executoris, aut collatoris. Nec urget patris a praesentatione ex c. 24. de jure pair. nam praesentatio est ad beneficium vacans, adeoque favorabilis; nominatio autem ista est ad beneficium vacaturum; adeoque odiosa, & restringenda.

57. Q. II. Quid juris circa praecisam? R. I. Praecisa, seu nominatus debet esse idoneus Clericus.

58. II. Intra mensuram a die notae sibi vacationis petere debet beneficium, ne Ecclesia diu vacet, cap. 6. elect. in 6. lapso mense, re integra, adhuc est acceptationi locus, arg. cap. 17. h. r. in 6. obtento autem pacifice secundo beneficio incompatibili, primum vacat.

59. III. Praecisa nominatus ad plura beneficia, uno obtento, ad caetera non habet jus, sed haec redeunt ad Imperatorem; cum talis nominatio sit alternativa.

60. IV. Si nominatio fuit indeterminata ad quodcumque beneficium, praecisa in optione habet, ut acceptet beneficium proxime vacans, vel eo omisso, expectet vacantiam alterius. At si nominatio fuit determinata ad hoc beneficium, eo non acceptato, praeces expirant; cum ad aliud se non porrigant.

61. V. Si praecisa dicat vacare beneficium per obitum Tituli, quod vacat per obitum Caii, dummodo ipsa vacet, id non obest acceptationi; quia falsa demonstratio non nocet, si de corpore, seu re constat, h. 17. ff. de condit. & demon.

62. VI. Mortuo Imperatore ante acceptationem beneficii, praeces non expirant, cum sint gratia; sicut praesentatio a patrono facta, re integra, non evanescit.

63. VII. Praecisa minori, vel impedito tempus mensis unius, ad insinuandum praefixum, non currit, arg. l. 1. c. de annal. except. l. 21. c. ad L. Jul. de ad. ult. & similibus: ex quibus regula desumitur, quod legitime impedito tempus non currat. Ita haec deducuntur ex instrumentum indulti, quo praeces continentur. Caeterum praeces istas licitas esse declarat S. Congr. Greg. XIII. approbante; neque damnari a jure comm. cap. 2. 11. de concess. pref. cap. 2. eod. in 6. & Trid. Sess. 24. cap. 19. de refer. ubi promissiones, & collationes vacaturum beneficiorum, & gratiae expectativae reprobantur: nam per praeces nullam jus acquisitionis praecisae: & cum praeces generales sint, non inducunt.

secum tantum periculum optande, vel captande mortis alienae, sicut gratia expectativa datus jus in re.

TITULUS VI.

De Clerico aegrotante, vel debilitato.

Agitur de hac materia in Sexto h. r. in Decreto dist. 55. c. 7. q. 1. 2. per tot. & c. 1. Gonsalvus 17. q. 1. in Trid. de coadjutoribus S. 21. c. 6. & S. 25. c. 7. v. in coadjutoribus de refer.

1. Q. I. An Clericus obsequium, vel infirmitatem removens sit a sua praebenda? R. Negative, sive sit Episcopus, sive Parochus, sive alius simplex beneficiatus: ita c. 2. percussio q. 1. & c. 1. & seq. h. r. tum quia affectio affectio non est addenda c. 5. h. r. tum quia Clerici infirmi censentur Ecclesiae servire, sicut servi infirmi domino l. 3. §. 5. ff. de statu lib. ibi: servire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus aegros: tum quia non facile aliquis idoneus vellet deservire Ecclesiae, si sciret se infirmum negligi ab Ecclesia: unde infirmus fructus sui beneficii lucratur, ac si personaliter Ecclesiae deserviret.

2. Q. II. An aegrotans sit Vicarius, seu coadjutor? R. 1. Canonice aeger, vel inhabilis factus non tenetur sibi assumere Vicarium; nam is nulli jure praecipitur; sed si sanus solitus est chorum frequentare, praeter fructus grossos, percipit etiam distributiones quotidianas, c. 71. de Cler. non resid. in 6.

3. R. 2. Cappellanus, qui ad certas missas singulis septimanis obligatus est, si per duas, vel juxta Lugonem, per 4. septimanas infirmetur, non tenetur missas omittas recomperare; nisi in instrumento fundationis caveatur, ut per se, vel substitutum celebret.

Vide infra tit. XLIII. post n. 7. & B.

4. R. 3. Episcopo, vel Parocho ad exercitium pastoralis inhabili factio dandus est coadjutor, sive inhabilitas proveniat ex causa senii, sive infirmitatis perpetuae, ut amentie, lepra, &c. sive ex alia causa, ut captivitate apud hostes, ineptia, aut negligentia; aut defectu sufficientis literaturae: ita c. 3. §. h. r. Trid. Sess. 21. c. 6. de refer. quo casu certa pensio assignanda est coadjutori: & si Parochia non sufficit ad utrumque alendum, Parochus, utpote habens jus in re, praefertendus est; & coadjutori succedendum per collationem beneficii simplicis, vel ex subsidio Parochiano, vel alio modo. Nec obstat c. 3. h. r. nam Sacros, seu Parochus tantum ab exercitio officii, non a titulo Parochiae removens est, nisi impedimentum esset antecedens, ratione cujus non posset suscipi ordo annexus praebendae; vel nisi crimen mereretur privationem beneficii: quo sensu procedit Can. fin. d. 55. & cap. 1. de atate, & qual. & Canon. 15. si quis 18. qn. 2.

5. Q. III. Quid, & quomplex sit coadjutoria, & quid juris circa eam? R. 1. Est potestas Clerico concessa ad beneficium in regimine sui beneficii adjuvandum. Est duplex: temporalis, seu revocabilis, quae datur ad tempus ob utilitatem Ecclesiae, & maxime ob curam animarum; & haec mortuo coadjuto, vel famulati restituit, aut alio modo a beneficii absoluto, expirat, sicut mortuo pupillo, expirat officium tutoris §. 1. 2. Inst. quib. mod. tutel. fin. Perpetua, seu cum jure succedendi, quae datur non tantum ad rectorum adjuvandum; sed etiam ad illi succedendum; si Episcopus, vel Parochia per mortem, aut resignationem vacaverit: atque ita coadjutor perpetuus succedit in locum, & officium coadjuti abique nova collatione vi clausulae: ex nunc pro tunc; dummodo literae coadjutoriae perpetuae expedite sint ante mortem, vel resignationem coadjuti; cum in his spectetur tempus date, est necdum pervenerint in notitiam coadjutoris.

6. R. 2. Coadjutor perpetuus non potest dari, nisi a solo Papa; & regulariter tantum in Ecclesiis cathedralibus, aut monasteriis ob causam necessitatis, & utilitatis prius a Papa cognitam: ita comm. Can. 17. premissi 7. q. 1. Trid. Sess. 25. cap. 7. de refer. nam coadjutoria perpetua, cum vim habeat collationis beneficii vacaturi, generaliter prohibetur a jure communi, salva semper, & excepta auctoritate Sedis Apostolicae, quae ob necessitates, & utilitates Ecclesiarum dispensare potest in Sac. Canonibus, sicut cit. Can. 17. P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

S. Bonifacio Moguntino Praefuli concessus est a Zacharia Papa coadjutor cum jure successione.

7. R. 3. Coadjutor temporalis Episcopi, & his Superioribus, de via ordinaria dari potest a solo Papa c. un. h. r. in 6. ex ratione ibi addita, quia talis datio numeratur inter causas graviores Papae reservatas, & consuetudo in contrarium rejicitur. At in casu necessitatis, & distantiae a sede Romana, Episcopus aeger, judicio tamen pollens, ipsemet auctoritate Pontificia cum consilio, & consensu majoris partis capituli sibi eligeret unum, vel alterum coadjutorem. Si vero Episcopus morbo animi, ut dementia laebret, capitulum per vota duarum partium ex tribus eligeret coadjutorem unum, vel ad summum duos (ne Ecclesia praegravetur) totumque hunc actum, uti etiam, si Episcopus inutilis nollet accipere coadjutorem; Sedi Apostolicae nuntiabit, cit. c. un. h. r. in 6.

8. R. 4. Coadjutor temporalis Parocho, vel alteri Praelato inferiori dari potest ab Episcopo, etiam tanquam Sedis Apost. delegato, vel alio Praelato habente jus insinuandi, & deservendi, c. 3. h. r. Trid. Sess. 21. c. 6. de refer. nam talis datio est necessaria, ne Ecclesia, maxime in cura animarum debito ministerio destituatur; nullibi vero prohibita reperitur, sed concessa, imo imperata per cit. jura.

9. Q. IV. Qua sit idoneitas, potestas & obligatio coadjutoris? R. 1. Coadjutor debet esse instructus omnibus qualitatibus ad ministerium coadjutoriae necessariis, Trid. Sess. 25. c. 7. in fin. de ref. unde coadjutor Episcopi in spiritualibus debet esse etatis 30. annorum gravitate, scientia, & ordine Episcopali insigne, nisi Sedes Apostolica in aliqua qualitate dispenset, uti solet in coadjutoribus perpetuis. Quoad statum parum refert, an sit Clericus secularis, an regularis. Sic constitutus coadjutor, licet praecedat omnes inferioris ordinis, non tamen pares; quoniam coadjutus eos praecederet, quia in eodem ordine clarior est, qui propriis, quam qui alienis radiis fulget: unde coadjutor Episcopi, vel Abbatis non praecedit alios Episcopos, vel Abbates.

10. R. 2. Potestas coadjutoris tanta est, quanta exprimitur in literis coadjutoriae, & generaliter loquendo, coadjutor in spiritualibus, & temporalibus Episcopo amenti datus, in his omnibus habet liberam potestatem, ut etiam beneficia vacantia, cum sint dationis necessariae, conferre, & resignationes recipere possit; datus vero Episcopo seni, usu rationis pollenti, exercebit omnia, quae sunt jurisdictionis, & ordinis, nisi aliqua excepta sint: alienae tamen non poterit, nec libera beneficia conferre, Barboz. & alii.

11. R. 3. Onus coadjutoris est residere in loco beneficii cum effectu, seu exercitio sui officii; licet more Episcoporum per trimestre abesse possit: item rationem suae administrationis dare, vel coadjuto, si sane mentis est, vel capitulo; vel si id ante non fecit, successoris coadjuti, c. un. h. r. in 6. Et quavis de jure Rom. l. 4. ff. de tutel. act. a tutoribus, & curatoribus, durante eorum officio, non exigantur rationes, exigi tamen possunt, durante officio coadjutoris, cit. c. un. in fin. h. r. in 6.

12. Q. V. An Sacerdos laborans epilepsia, seu morbo caduco, ardeat ad altaris ministerio? R. Circa morbum istum ita disponitur in jure: qui frequenter hoc morbo tangitur, abstinere debet a celebratione: indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistiae morbo vitium epilepticum cadat. Quodsi plene liberatus est, sacrificare poterit, c. 1. in tuis 7. q. 1. Probandus autem est unius anni spatio, an re ipsa liberatus sit, c. 3. d. 33. 2. Qui raro hunc morbum patitur (semel intra mensem, ut inquit Tamburinus) & cadendo voces confusas, & spumas non jactat, permittitur celebrare, non solus, sed cum assistentia Sacerdotis, qui supplere possit ministerium Can. 15. illud 7. q. 1. At si morbo hoc correptus confusas voces, & spumas jactet, cum videatur similis arreptio, non est permittendus celebrare, c. 2. nuper. 7. q. 2. conformiter c. 3. d. 33. & cum res gravissimae, praecipit Gelasius Papa Superioribus sub divini contemplatione iudicii, & conscientiae respectu solertissime de veritate inquirere. Nec sufficit, quod incutus de hoc morbo non est, vel publice non confet; quia totum in oculo morbus hic accidit; & ideo mandat Gelasius, ut Rusticus



Episcopus apud se retineat, probeque Episcopus Foro populensem per 30. dies, dando ei carnes indifferenter,

TITULUS VII.

De Institutionibus.

Agitur de hac materia in Sexto h. i. in Decreto 16. q. 7. c. 9. & seq. in Trid. S. 7. c. 13. S. 14. c. 12. 13. & S. 25. c. 9. de refer.

1. Nota 1. Institutionem, & collationem etiam in jure sepe promiscue usurpari, ut reg. 1. in 6. stricte autem, & specificè collatio significat liberam dationem beneficii independenter ab ullius presentatione, aut nominatione. Institutio est datio beneficii vacantis auctoritate legitimi Superioris facta ad presentationem, vel nominationem patroni: & cum institutio sit de necessitate, ita ut Ordinarius presentatum idoneum rejicere non possit, dicitur collatio necessaria.

2. Nota 2. Tres esse species institutionum: 1. Est collatio rituali, qua titulus, seu jus in beneficio conferuntur. 2. Est auctorizabilis, seu auctorizativa, qua Clericus approbatur, & promovetur ad curam animarum. 3. Est investitura, qua Clericus accipit possessionem beneficii. Et hæc investitura, vel est absoluta, quæ solet fieri in consistoriis per traditionem signorum sensibilium, ut clavium &c. vel est realis, seu actualis missio, & introductio in possessionem beneficii, & vulgo dicitur installatio; quamvis proprie solli Episcopi investiantur per installationem solitis ceremoniis factam. Porro ut institutio sit Canonica, sine qua beneficium Ecclesiasticum non obtinetur reg. 1. in 6. debet esse in institutio potestas, in recipiente habitas, in actu ipso solemnitas; adeo quidem, ut fiat sine vicio contentis, recipientis, & forme, de quibus hic agendum.

3. Q. I. Quis possit instituere? R. 1. Post Papam solus Episcopus in sua diocesi, cap. 3. h. t. c. 12. in fin. de heret. ibi ad Episcopi officium tam institutio, quam institutio Sacerdotum noscitur pertinere: quibus, & similibus juribus fundatur in jure intentio Episcopi, ut alius, contentens sibi competere jus instituendi cogatur illud probare. Nomine autem Episcopi venit hic etiam Prelatus plenissimo jure cum Clero, & populo exemptus. 2. Vicarius generalis Episcopi c. 3. h. t. ibi: qui hoc de jure possunt; nam institutio nec numeratur inter causas arduas, sicut desitutio: nec reservata est Episcopo, sicut collatio libera c. fin. de off. Vicar. in 6. 3. Capitulum, sede vacante c. 1. h. t. in 6. quia institutio est jurisdictionis necessarie, quæ transit in capitulum, c. in de M. & O. in 6. 4. Prelati specialiter a Papa privilegiati, cujus privilegii etiam Abbatis est capax c. 12. de M. & O. imo, & laici. Secluso autem privilegio, laici, sicut incapaces sunt possidendi jus spirituale instituendi, ita etiam nulla præscriptione, vel consuetudine illud acquirere valent. 5. Potestas instituendi non potest in fundatione reservari alteri, quam Episcopo, ita Trid. S. 14. cap. 12. de ref. indistincte dicens: In casu autem fundationis, aut dationis, institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur. Cui jam non videtur posse renuntiare Episcopus in præjudicium successorum, approbando fundationem in contrarium. Oppositum tenent Card. de Luca, Emerx, la Croix, explicantes Trident. non loqui de institutione collativa, sed auctorizabilis; vel pro eo casu, quo Episcopus sponte non consentit. Sed nostra communis sententia videtur verior. 6. In Ecclesia sine in consilio duarum diocesium is instituit, qui est in quasi possessione juris instituendi; quia ex reg. 65. in 6. in pari causa melior est conditio possidentis. Secus ille, in eujus territorio est caput Ecclesiæ, vel porta principalis, vel potius jus instituendi erit commune arg. §. 22. In sola hist. de R. D.

4. Q. II. Quis institui possit? R. 1. Clericus idoneus, c. 2. h. t. a patrono presentatus: & quidem si unus ab uno, alter a duobus presentetur, ille instituendus est, non ille, est effectus dignior; quia in hoc casu non conferunt presentatus, c. 2. de jurepar. Rota in Pisciceni. 20. Maii 1658. h. v. veros sunt in voce, dignior presentatur; si æque digni, locus est gra-

uificationi. 2. Principes laici ex speciali privilegio in præbendis honorariis institui possunt, sicut Imperator coronatus ad S. Petrum in Vaticano, Rex Hispania in Ecclesia Legionensi, Res Gallie in Dicitavensi, & Cenomanensi, Rex Romanorum in Aquigranensi &c. 3. Minoritas alias idoneus ad Parochiam presentatus, instituendus est; dummodo intra annum ad Sacerdotium valeat promoveri, c. fin. h. t. in 6. idoneus autem alias non conferunt, nisi habeat ætatis annum 25. saltem inchoatum, c. 7. de elect. c. 9. de refer. in 6. 4. Clerici etiam alterius originis, & nationis presentari, & institui possunt; modo alias sint idonei c. 5. h. t. nisi beneficia essent patrimonialia pro certa familia, civitate, aut natione. 5. Clericus habens jus instituendi, non potest se ipsum instituere; etsi a patrono presentetur, & alteri potestatem deleget ad se instituendum c. fin. h. t. quia inter dantem, & recipientem debet esse distinctio personalis: tum quia in tali institutione ambitionis, & avaritiæ turpitudine relictæ, 26. de jurepar. ob quod cessant licæ paritates ex l. 1. §. ff. de manum vindict. l. 3. §. ff. de adop. c. 33. de elect. 6. In Ecclesiis, vel monasteriis tot sunt instituendi, quod commode ali possunt c. 1. 4. h. t. & in decreto refer. Clem. VIII. §. 7. si tamen redditus notabiliter accrescant, vel decreascent, augeri, vel minui potest numerus instituendorum c. 9. de consir.

5. Q. III. Qua forma fieri debeat institutio? R. 1. Præcedere debet presentatio; alias institutio est nulla, nisi deinde patronus ratam haberet c. 22. de decernimus 16. q. 7. & c. 8. de jurepar. ubi talis institutio dicitur irritanda, h. e. irrita declaranda. Si vero Episcopus scienter instituit non presentatum, tenetur ei de alio beneficio providere c. 29. de jurepar. quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse. 2. Si presentatio, & institutio eidem competat ex diversis titulis, ut si Episcopus ratione patroni sui sit patronus, expedit, ut presentatio, & institutio fiat duplici actu, v. g. presentatio per procuratorem, & institutio per Episcopum, ne forsan iura ista confundantur. At si dignitatis Episcopali donatum est jus patronatus, beneficium evadit liberum, & collatum; & tunc presentatio, & institutio facienda est unico actu collationis. 3. Facta presentatio, accedere debet auctoritas Superioris Ecclesiastici, qui jus instituendi habet, cap. 3. h. t. Trid. S. 14. c. 13. de reform. alias patronus laicus per se instituens anathemate feriendus, & institutus ab eo communione privandus, & si persistit in delicto, ab officio, & ordine deponendus est c. 4. & 21. de jurepar. 4. Episcopus, antequam instituat, proponere debet edictum publicum in valvis Ecclesiæ, quo generaliter, & peremptorie citentur ii, quorum interest, an quid in contrarium habeant arg. c. fin. de elect. in 6. Hujus tamen edicti in multis diocesium non est usus. 5. Tandem examinata idoneitate personæ, Episcopus consensum præbet institutioni quocumque loco, etiam existens extra diocesim; & quacumque die, etiam feriata; cum ista institutio sit actus jurisdictionis voluntarie, & expeditur sine strepitu; & desuper constituuntur in praxi litteræ, non tam ad substantiam, quam probationem institutionis necessariæ. Ceterum, licet Superior non habet præfixum tempus, intra quod teneatur instituere, tamen ne Ecclesia ex diuturna vacatione dampnum sentiat, expedit institutionem quantum fieri, etiam ante elapsum quadrimestre, quia volenti patrono non fit injuria.

In Parochialibus tamen ex Constit. S. Pii P. In conferendis 18. Mar. 1567. §. 4. fieri debet intra duos menses a die presentationis computandis. & ipsi Ordinarii illam facere negligentes, & ultra dictos duos menses deferentes, possunt (patroni) pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam.

Circa alia beneficia, nullum in jure præfixum est tempus ad capiendam possessionem, ac institutionem. Provisi tamen, presentem de beneficiis residentium requiruntibus, cogi possunt post tres menses ab Episcopo ad eam capiendam sub penis statutis a Trid. sess. 24. cap. 12. de ref. contra non residentes, Clericos, de beneficiis discordia 90. n. 14. Laurentius de benef. par. 2. q. 818. Circa provisos vero de beneficiis per resignationem, & per-

mutationem vide addita lib. 1. tit. IX. post num. 7. pag. 471.

6. Q. IV. Quid juris circa institutionem auctorizabilem? R. 1. Approbatio ad curam animarum de jure communi facienda est ab Episcopo (vel Vicario generali, vel a capitulo, sede vacante) etiam si institutio collativa tituli spectet ad alium Prelatum c. 4. de off. Archid. si vero utraque institutio collativa, & auctorizabilis spectet ad Episcopum, uno actu expediti potest, præmissis examine, Trid. S. 7. c. 13. de refer. nisi aliunde constaret de idoneitate Clerici, vel is presentaretur, seu nominaretur ab universitate, seu collegio generalium studiorum, ibid.

2. Institutio auctorizabilis contra Episcopum non præscribitur, etiam præscriptione, vel consuetudine immemorabili, Trid. cit. S. 7. c. 13. de refer. ibi; neque admittitur, etiam præsertim cujusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum Ordinariis examinata, & idonei reperti. Quibus verbis reprobat præscriptio, & consuetudo non tantum præterita, sed etiam futura; & ita ampliatur dispositio c. 4. de off. Archid. nam talis consuetudo est profusa irrationabilis: tum quia nocet Ecclesiis, dum, sublato examine, nulli imperii irrepunt ad curam animarum: tum quia contrariatur juri divino, quo Episcopus obligatur pacifice suum gregem, & consequenter scire, an idoneos habeat pastores subordinatos, atque ita contra hoc jus nulla currit præscriptio, nisi translativa; dum tota Parochia cum Parochianis ab uno Episcopo transertur per præscriptionem ad alterum: quo sensu procedit c. 1. de prescrip. c. 22. in fin. de privil. c. 7. eod. in 6. arg. ex l. 1. c. de patria potest. l. 3. §. 10. ff. de acq. poss. c. 3. si quis 17. c. 2. Institutio autem collativa tituli, cum istas repugnantias non habeat, præscribi potest, sicut & alia juri Episcopalia c. 4. 13. 15. 18. 19. de prescrip. non tamen ea, quæ sunt curæ pastoralis, ut visitatio, obedientia &c. cap. 11. 12. eod. & cons. nec institutio commissoria curæ animarum.

Notandum est hic obiter, quod cum in prima editionibus Conc. Trid. Roma prodita duplici paginarum forma, altera in folio, altera in octavo folii parte et typis Pauli Manuzii Aldi filii anno 1564. legatur in principio tit. c. 13. Trid. - Presentati, seu electi, vel nominati a quibusvis - illa præpositio A mensis est impressa, ut constat ex uno exemplari eadem editionis in folio, emendato ab Angelo Masfarello Episcopo Thelesino, Secretario ejusdem Conc. qui ad calcem dicti exemplaris restatur, se illud cum authentico originali consilisse, addidit etiam duobus Concilii notariis, Marco Antonio Peregrino Clerico comensi, & Cynthio Pamphilo de S. Severino camerino, dicebat: quod sic authentice ipsiusmet Masfarelli manu correllum, asserturum videri in signi Biblioth. Corsina: alterum exemplar ita, & eodem charactere correllum legi in Bibliotheca Ghisla: juxta quam correctionem tam Manuzii legitur eodem anno, & eadem duplici paginarum forma Concilium Roma iterum impressum, additis in fronte utriusque posterioris editionis verbis - Index signatum, & reformationis - In adibus Populi Romani - Hinc tandem errorem animadvertente prius Eagenus in cap. Accipimus de etat. & qualit. præfatione n. 31. & postremo Clarissimus vir Cardinalis Lanfredinus in editione enim ejus opera prodita Roma et typis Hieronymi Mainardi anno 1722. facta collatione cum authenticis actis ipsius Concilii in archivio S. Angeli assertantis, non legitur dicta præpositio A, ut mensis legitur addita in aliis fere omnibus editionibus, que omnibus locis tam ante, quam post hanc prodierunt. Et quoniam, recte perperso vero ipsiusmet textus spiritus, statim apparuit mensura impressio A. Concilium enim hic loquitur in casu, quo presentatio, electio, vel nominatio fiat alius, quam Episcopo; ac proinde ad præservandam ipsius jurisdictionem ubi presentatum electum, vel nominatum non aliter confirmandum, vel institutum, quam prævio Episcopi examine, prout etiam declaratur alio ejusdem Concilii textu c. 9. sess. 25. de refer. non autem loquitur in casu, quo ipsius Episcopo fieri presentatio, vel nominatio: tunc enim extra controversiam illa remaneret illius jurisdictione, in consuetudine patet.

7. Q. V. Quia juris circa institutionem corporalem, seu investituram? R. 1. Clericus habens collationem rituali, non potest propria auctoritate apprehendere possessionem beneficii; secus pro merito puniendus est secundum c. 18. de prob. in 6. Excepit, nisi a Prelato suo accepisset investituram ab usum per traditionem, v. g. bireti, clavium &c. tunc enim liberum habet ingressum ad beneficium: saltem si actu a nullo alio possessore occupatum est, ut passim licè practica-

2. Ad investituram requiritur auctoritas Superioris Ecclesiastici, c. 9. de off. Archid. secus licet dantes, & Clerici ab eis recipientes investituram excommunicantur Can. 12. & seq. 16. q. 7. Ille autem Superior Ecclesiasticus de jure communis, vel saltem ex commissione Episcopi, est Archidiaconus c. 7. 9. de off. Archid. at de consuetudine est Episcopus, qui per se, vel suos Vicarios, ut Decanos rurales, hanc introductionem facit, c. 28. de prob. in 6. Quod si alius Clericus actu possidet, vel detinet beneficium, prius citandus est, & causa locorum cognoscenda, c. 28. de prob. in 6. nec admittuntur exceptiones, cum plerumque fiat multatio, nisi de crimine difamato, de tituli Canonici defectu, & aliæ similes, quæ in continenti probari possunt. 3. Modus, seu ceremonia investiture realis varia est pro varietate locorum; & consequenter consuetudo cujusque loci observanda. Episcopi solent investiri per installationem, Abbates per collationem in sede Abbatiali, Canonici per assignationem loci, & sedis in choro, & capitulo, Parochi per insignia Parochialia, traditionem clavium, libri rationum &c. 4. Effectus hujus investiture sunt iudicij, qui acquiritur possessionis, puta, interdicta possessoria, jus faciendi fructus suos, præsumptio tituli, & conditio præscribendi. Et quidem, quod speciale est, si beneficiatus bona fide cum titulo colorato possideat beneficium, secluso vitio simoniae, & alio simili, per triennium, plene præscribit illud in foro externo, & interno ex reg. 36. Cancell. de triennali possessore. Si vero per unum annum pacifice beneficium possideat, impetratio ejus ab altero facta non valet, nisi ostendatur vitium tituli, in supplicatione exprimat nomen, gradus in litteris, nobilitas possessoris, tempus possessionis, causa specifica vitiosi tituli, & tota ista actio intra sex menses usque ad sententiam definitivam in judicio terminetur, reg. 35. Cancell. de annuali possessore.

Suppletur hic quod addi debuerat ad tit. V. de prob. §. 11. de collat. benef. circa ea, quæ servari debent in collatione beneficiorum per concursum in litteris encyclicis Clem. XI. & Constit. Bened. XIV. Cum illud 14. Decem. 1742. in qua inserta sunt dictæ litteræ, hæc servanda præscribuntur.

1. Ut Episcopus, habita notitia vacationis beneficii curati, statim in ea deputet Vicarium cum congrua fruendum assignatione ad cura onera sustinenda, donec de rebello provideatur.

2. Ut edito inimeret concursus, præfiguratur terminus, intra quem tantum coram Cancellario Episcopi, vel alio ab hoc deputato exhibeantur in actis concurrentium requisita. Roma præfiguratur terminus decem dierum.

3. Ut hæc redigantur in compendium, & ejus copia die concursus tradatur tam Ordinariis quam examinatoribus, ut hi una cum illo iudicium ferant, nedum super doctrina, sed etiam super vite honestate, alii que concurrentium doctibus ad animarum curam exercendam necessariis. Circa hoc iudicium vide Elench. VI. a n. LXXIV. ad LXXIX. Roma, si scrupulum fieri nequeat eodem die, differtur ad duos, vel tres dies, assignatis interim responsis sigillo Eminentissimi Vicarii.

4. Ut coadunatis concurrentibus, omnes claudantur in eodem conclavi, unde nemo egredi vel alius quiviam eo ingredi possit, donec confecerint intra certum, & idem temporis spatium omnibus constitutum, exhibentique scripta, & subscripta propria cujuscuque manu responsa casuum uno, eodemque tempore dilatorum latine exarata, & sermonem seu orationem conscriptam eo allornate, quoad populum haberi solet super textu Evangelii eodem pariter tempore omnibus tradito. Roma proponuntur resolvendi novem casus.

5. Ut singula responsa, & orationale subscribi debeant ab Ordinario, vel ejus Vicario, examinatoribus, & Cancellario concursus.



6. Caveatur etiam, ne peracto hoc modo concursu, collataque Ecclesia Parochiali magis idoneo, ac digniori admittatur appellatio, aut a mala relatione examinatorum, aut ab irrationabili iudicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur; & ne iudex, ad quem possit promovere, nisi secundum acta concursus, ad ipsum clausa, & obsequata transmittenda, vel originalia, vel eorum authentica exempla, concessa a cancellario concursus, & ab altero notario collata coram Vicario, vel alio in Ecclesiastica dignitate constituto, eligendo ab Episcopo, ac subscripta ab examinantibus, qui concursu interfuerunt, Et hoc iuxta cit. Bened. Constit. diserte veterariis posse recipi documenta cuiuscumque generis post concursum explicita; derogando hac in parte prescriptis literis encyclicis id permittentibus.

7. Quod si Ordinarius, posthabito suo, vel altero ex approbatis, Parochiam consulerit magis idoneo ex infamata conscientia, hanc sibi tantum potum causam per litteras familiares indicabit iudici appellationis, qui nec illam revelare, nec postulare poterit, ut ea iudice probeatur. At si eadem Ordinario suspecta sit fides iudicis ad quem, dictam causam aperire teneatur Praefecto Cong. Conc.

8. Statuitur praeerea, ut si sententia iudicis appellationis sit uniformis praeelectioni factae ab Ordinario, non possit ulterius provocari: si vero fuerit contraria, possit praeelectus ab Ordinario ab alium appellare; reventia tamen interim Parochiae possessione; sed ubi secundum iudex pronuntiaverit, ut Parochiam obtinere debeatur, cui duo assensum sententia; ne cum animarum cura iactura iusto longiores sint provocaciones.

9. Ultimo caveatur ut semper licet Episcopo, nulla petita a S. Sede licentia, concursum indicere, & complere pro Parochialibus, aut aliis dignitatibus animarum curam adnexam habentibus; sive vacaverit in mensibus referentis, sive ex alio capite eadem S. Sedis reservata sint; hac tamen lege, ut si reservata tantum sint ratione mensium, eligat magis idoneam, & Dataria significet obsequio transmissione aliorum concursus, nisi ab eadem Dataria renuntiantur. Si vero reservata sint ex alio capite, absintea a ferendo dignioris iudicio, & actu concursus ultra Dataria exhibeat. Relinquuntur tamen Ordinariarum arbitrio familiaribus litteris denuntiare Dataria personam magis dignam, eundemque moneve, an occulta aliqua, & in aliis iuste relicta subest causa, que culpam obicit ad Parochiam obtinendam. Circa concursum pro praebenda Theologali, & panemitarum vide Elencho VI. n. III. & LXV. par. I. pag. 443. & 469. *Ed.*

TITULUS VIII.

De concessione Praebendae, & Ecclesiae non vacantis.

Agitur de hac materia in Sexto, & Clementinis, Extravag. Joann. XXII. h. t. in Decreto 8. q. 1. 3. & cap. 10. non furem 7. qu. 1. In Trid. sess. 24. c. 19. de reform.

1. Nota 1. Praebendam tunc vacare, dum destituitur proprietario, vel possessore, aut detentore. Et quidem, si titulus solutus est, nullusque possidet, vel detinet beneficium, tunc hoc plene vacat de iure, & facto. Si vero titulus non est solutus, & beneficiarius animo, vel corpore, possessionem amisit, beneficium vacat de facto, seu quoad possessionem tantum. Si tandem titulus ipsa solutus est, & beneficiarius retinet possessionem, aut saltem retentam, beneficium dicitur vacare de iure, sed non de facto.

2. Nota 2. Vacationem induci vel per sententiam iudicis, dum si beneficium privat beneficio, vel ipso iure, dum jus abique facto hominis resolvit titulum. Nunquam autem beneficium vacat ipso iure, nisi in casibus a iure expressis: cuiusmodi sunt: 1. Mors beneficiarii, dummodo beneficium in re habitum fuerit in Ecclesia numerata, & interim non sit suppressum, c. 36. de elect. c. 10. h. t. nam mors omnia solvit. Nov. 22. c. 20. at si quis, v. g. ex electione habeat tantum jus ad rem, & interim moriatur, vel ei renuntiet, non dicitur beneficium vacare per mortem, vel renuntiationem electi, sed per decessum prioris benefi-

ciarii. 2. Translatio c. 2. & fin. de translat. 3. Renuntiatio, c. 12. de renunc. 4. Assumptio status de iure incompatibilis cum beneficio, ut est matrimonium, professio Religiosa, militia terrestri, c. 1. 5. de Cler. conjug. 5. Non promotio ad Sacerdotium intra annum in Parochia, c. 14. de elect. in 6. 6. In non successio consecrationis Episcopalis intra tempus a iure praescriptum, Trid. sess. 23. c. 2. de ref. 7. Intrusio, vel violenta occupatio alterius beneficii inducit privationem prioris, c. 18. de praeb. in 6. 8. Atrociora crimina, quibus annexa est privatio beneficiorum ipso facto, & iure incurrenda; ut haeresis, simonia realis, & confidentialis, falsatio litterarum Apostolicarum, persecutio S. R. E. Cardinalium, assassinium, & alia, de quibus suis locis. Porro vacatio per sententiam, & ipso iure inducitur multum differunt: nam beneficium privandus per sententiam, ante quam retinet titulum, fructus suos facit, beneficium permittit, & resignare potest, & si moriatur ante condemnationem, beneficium vacat per mortem eius: e contra ipso iure privatus beneficio, titulum non retinet, nec fructus facit suos; quia sententia declaratoria criminis retrotrahitur ad tempus delicti; nec beneficium permittit, aut resignare potest; nec beneficium vacat per mortem eius, sed per privationem iure inducitur.

3. Q. I. An beneficium aliu non vacans conferri possit? R. Negative, c. 1. 2. 3. h. t. & c. In quibus iuris semper excepta manet auctoritas Papae, cuius solius est conferre beneficium vacaturum. Unde, attentio iure ordinatio, sublatæ sunt gratie expectativa, & reservationes mentales, dum Papa reservat aliquod beneficium pro certa persona, quam tamen non exprimit, nisi dum confert beneficium actu vacans, Trid. sess. 24. c. 19. de ref. Unde, ut conferatur beneficium, debet esse vacans de iure, seu soluto titulo: si quis vero illud adhuc possidet cum titulo colorato, vel detinet, citandus est, & causa summarie cognoscenda, c. 6. h. t. & c. 28. de praeb. in 6. nisi defectus tituli esset notorius; cum in notoriis ordo iuris non sit servandus. 2. Collatio beneficii actu non vacantis, vel tantum vacantis de facto, ipso iure est irrita, c. 3. 4. h. t. recipiens vero tale beneficium, tanquam intrusus repellendus est ab eo, sine spe illud obtinendi (nisi per Papam dispensetur) & a communione fidelium segregandus, c. 1. h. t. c. 40. cum 7. q. 1. haec tamen poena non fringunt ignorantem, nec eum, qui sola promissione, & non collatio facta est; cum verba c. 1. h. t. accipienda sint cum effectu saltem attentato.

4. III. Vivens non potest sibi designare successorem iure hereditario in beneficio, Can. 3. & seg. 8. q. 1. & c. 1. de praeb. Trid. sess. 25. c. 7. de ref. nam tales successiones maxime horrent, & detestantur Sac. Canones: tum quia per eas Ecclesiis nocetur, quatenus beneficia plerumque in indignos transmittuntur; tum quia ambitiosa cupiditas fovetur, & cura pauperum negligitur, dum opes contrahuntur, successori relinquenda. Si tamen aliqua persona sit spectatae virtutis, commendari potest, ut beneficiario succedat: quo sensu explicantur Can. 1. 2. 6. & c. 8. q. 1. & c. 13. 14. & c. 7. q. 1. Item auctoritate Papae dari potest coadjutor cum iure successione, Can. 17. & seg. 7. q. 1. Trid. loc. cit.

5. Q. II. An saltem promitti possit beneficium vacaturum, conferendum, cum aliu vacaverit? R. Licet iure veteri c. 14. h. t. promitti poterit beneficium vacaturum in genere, sed indeterminate, tamen iure novo nullum promitti potest, sive determinatum in specie, sive indeterminate, v. g. conferam, cum pariter &c. & talis promissio est invalida: ita Bonifac. VIII. c. 2. de translat. h. t. in 6. determinans, vi amplians Canonem Concilii Later. relati c. 2. h. t. Ratio est, quia per tales promissiones fovetur improba ambitio, & cupiditas Clericorum, mortis alienae optanda, vel captanda vorum ingeritur, Ecclesiis, & Praelatis gravamina plurima inferuntur, & generaliter, quia eiusmodi promissiones sunt odiosae, & plena iustitiam, & periculosis eventibus, ob quam rationem etiam jus civile irritat pacta de successione, seu hereditate viventis l. fin. c. 2. de pact. Et licet in d. l. permittatur talia pacta, si is, de cuius successione agitur, confentiat, tamen Sac. Canones non admittunt hanc conditionem: si beneficiarius vivens confententi, sed simpliciter

erit, & independenter a voluntate beneficiarii talia pacta promissoria improbant, & irritant, cap. 2. 13. hoc tit. & cap. 2. eodem in 6. nec promissio illa convalescit adjecto iuramento: nam hoc iuramentum adversans bonis moribus, & bono publico, vique factorum Canonum evacuat, nullius est momenti, c. 28. de iure.

Dices: Si promissio beneficii vacaturj tantas deformitates habet, nec Papa promittere poterit beneficium vacaturum; quod falsum est per c. 4. h. t. 2. Patroni, & collatores sepe promittere solent beneficium, cum occasio se obtulerit. R. ad 1. Deformitates istae non sunt ex natura rei, sed occasionaliter ex malitia hominum, cui obviare voluerunt sac. Canones. Unde dignitas Papae, & eius usus promissionum, & perfecta virtus promissarii evacuat illas deformitates, & pericula: focus vero, si promissus omnibus indulgeretur promittere beneficia vacatura. Ad 2. Talis promissio, cum ex ea nullum jus acquiratur promissario, non est efficax, sed tribuit quandam spem, que sepe fallit.

6. Q. III. An valeat receptio Canonici supernumerarii? R. 1. De iure communi valet, modo paucis, & simpliciter constat, c. 9. de consuet. ubi referuntur quatuor Canonici supernumerarii recepti, neque id a Papa improbat. R. 2. Si tali receptioni, vel in continentem, vel ex postfacto adiacatur pactum de praebenda proxime vacatura, recepto pacto tanquam inutili, & valet receptio: ita Innocent. III. c. 19. de praeb. subtiliter interpretans Canonem Concilii Later. relatum, c. 2. h. t. quia in Canonico SUPERNUMERARIO recipi Canonici non obviat institutio, & vacaturam expectare praebendam Lateranensis Concilio non est dubium obviare. Id ipsum declarat S. Congreg. celsae Fagnan. in c. 9. cum M. de consuet. censens, posse ab Episcopo Canonicos supernumerarios creare; ea tamen conditione, ut ex tali creatione nullum jus quæsitum habeant ad praebendam vacaturam. Ratio est, quia aliud est Canonica, aliud praebenda; nam Canonica est jus spirituale ex receptione ortum conferens saltem, & vocem in capitulo: praebenda vero est jus exigendi, & percipiendi fructus temporales ratione officii spiritualis. Sed Concilium Later. prohibet solum conferre, vel promittere praebendam vacaturam; non vero receptionem in Canonico supernumerario; ergo talis receptio valet; nec vitatur per pactum de praebenda vacatura, quia utile per inutile non vitatur, reg. 37. in 6.

Dices: c. 9. de praeb. duo dicuntur: 1. Quod Canonico recepto debeatur praebenda proxime vacatura. 2. Quod debeatur ex promissione Archiepiscopi Cantuariensis R. ad 1. Debetur quidem praebenda, sed non vi pacti, & promissionis, sed vi Canonice recepte, seu vi connectionis, quam ex dispositione juris Canonica habet cum praebenda: quia non est congruum, ut praebenda careat, qui in Canonico nescitur esse receptus cit. c. 9. puta si in choro, capitulo, & aliis actibus assistat: que ratio etiam redditur c. 19. de praeb. ibi: quia videtur inagnum &c. Ad 2. Papa promissionem illam, que saltem spem tribuit, ibi exaggerat, non tamen dicit jus ex illa quæsitum fuisse, sed quare praebenda sit danda, causam insinuat in fine: quia non est congruum &c. Nec etiam obstat, quod Episcopus conferens Canonico vacaturam habeat intentionem conferendi praebendam proxime vacaturam, cum ex tali intentione nullum jus acquiratur Canonico recepto.

7. Q. IV. An Episcopus delegare possit facultatem conferendi beneficia, ubi vacaverit? R. Per generalem commissionem potest, c. fin. de off. vicar. in 6. at delegare ad conferendum primum beneficium vacaturum reprobat. c. 11. h. t. quia dat occasionem captandæ mortis alienae. Idem die de patrono, qui procuratori committere nequit presentationem ad beneficium proxime vacaturam, ne fraud fiat Concilio Lateranensi. c. 2. h. t.

8. Q. V. Intra quod tempus providendum sit Ecclesie vacanti? R. De iure comm. Ecclesiis cathedralibus, & regularibus intra trimestre, c. 41. de elect. dignitatibus inferioribus, & beneficiis intra semestre, c. 12. h. t. nisi beneficia essent juris patronatus laicorum, qui intra quadrimestre presentate tenentur c. un. in fin. de Jurapat. in 6. Hoc tempus incipit a die habitæ noti-

tiae vacationis, & cessante impedimento, est continuum c. 5. h. t. In casu negligentiae quis eam suppleat, vide lib. 1. tit. de supplend. negli. & tit. de elect. a num. 19.

TITULUS IX.

Ne, sede vacante, aliquid innovetur.

Agitur in hac materia in Sexto, in Extrav. Joannis XXII. & Com. h. t. in Decreto Can. 38. & seg. 12. q. 2. in Trid. sess. 7. c. 10. sess. 23. c. 10. sess. 24. c. 16. de ref.

1. Nova Sedem Episcopalem tandiu vacare, donec littere obtenta confirmationis capitulo presententur, Extrav. 1. Injuncta de elect. in. com. & decisio Rote in contrarium in una Burgenfi Canonica, 1583. die 28. Januar. correctæ est per aliam decisionem ejusdem anni die 3. Junii. Porro occasione hujus rubricæ negative, que habet sensum completum, dubitant DD. an ei prevaleat regula affirmativa: Sede vacante jurisdictio transiit ad capitulum? Negat Gloss. Clem. 1. de heret. v. Capisuli, licet etiam in oppositum inclinet; Archid. Felin. & alii volentes capitulum nihil posse, nisi quod expresse in iure concessum est. Affirmat Gloss. in cap. 14. de M. & O. Abb. Reiff. & alii communiter, quorum sententia est verior, dicens: capitulum omnia posse, exceptis iis, que ei specialiter sunt prohibita: nam jura clare dicunt, sede vacante, jurisdictionem transire in capitulum, idque ob necessitatem, & utilitatem Ecclesie, c. 11. & 14. de M. & O. & c. un. eod. in 6. c. 3. 8. Episcopo de temp. Ord. in 6. c. 3. & fin. de suppl. negli. Trid. Sess. 24. c. 16. de reform. Nec obstat cit. rubrica: nam intelligitur de his, que innovantur in prejudicium Ecclesie, & futuri Episcopi, & de his, que competunt Episcopo ex speciali commissione juris, vel hominis: item de his, in quibus Episcopus procedit, etiam ut Sedis Apostolicæ delegatus; quo casu a sententia illius appellatur ad Papam; quia Episcopus eo casu licet possit procedere iure ordinario, tamen censetur procedere iure delegato, tanquam digniori.

2. In Indis orientalibus, ubi non sunt Canonici, & Clerus, qui desunctis Vicariis Apostolicis Episcopali charactere insignitis, procedere possunt ad electionem Vicarii capitularis, ex Const. Ben. XIV. 26. Januar. 1753. succedit Vicarius generalis, quem Vicarius Apostolicus carens coadjutore cum futura successione, eligere debet ex Clero seculari, vel regulari; cui sit electo, tanquam delegato Sedis Apostol. Pontifex indulget exercitium omnium, & singularum facultatum vicarii capitularibus competentiam, ac eorum, quibus utebatur Vicarius Apostolicus Episcopus; (iis exceptis, que requirunt characterem Episcopalem, vel non sine sacr. oleorum usu exercentur) donec a S. Sede de novo Vicario Apostol. provideatur: tributa tamen facultate, urgente necessitate, consecrandi calices, patenas, atque altaria portatilia; sed cum oleis ab Episcopo benedictis.

De Vicario capitulari vide Elench. II. n. LXVI. p. 410. & lib. I. tit. XXVIII. num. 8. pag. 608. *Ed.*

2. Q. I. Que in specie possit capitulum, sede vacante? R. Sequentia: I. Condere leges, & statuta pro tota diocesi. II. Cognoscere causas ad forum Episcopi pertinentes; inquirere in criminosos, poenas, & censuras indigere, & ab eis absolvere; uti & causas istas delegare. III. Dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, que oritur ex homicidio. IV. Approbare ad curam animarum, instituire in beneficiis, exigere subsidium charitativum, adigere Clericos ad ostendendos titulos suorum beneficiorum. V. Assistere matrimoniis, dispensare in denuntiationibus, in petitione debiti conjugalibus, observatione festorum, & jejuniorum, votis, iuramentis, modo non sint reservata, in defectu natalium ad ordines minores, simplicia beneficia; & in similibus casibus, in quibus ob difficilem recursum ad Papam solent dispensari Episcopi. VI. Dare monialibus licentiam egrediendi ex claustris, ut tenent passim DD. cum Barboza de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 102. n. 28.

Vide additiones infra tit. 25. de statu monachorum circa clausuram in fine. *Ed.*



VII. Constituire visitatorem idoneum diocesis pro reformatione morum, ut prior tener contra Monach. Boer. &c. & colligitur ex c. fin. de suppl. negligenti. in 6. ne scil. Archiepiscopus, capitulo negligenti, imponat visitatorem. Nec obstat c. 16. d. 61. nam ibi refertur factum S. Gregorii constituisse visitatorem: sed capitulo id non negatur. VIII. Unire beneficia, quod est necessitas; non vero dissolvere, vel suppressere, quod est species alienationis c. 1. h. t. IX. Admittere resignationes beneficiorum, cum & possit destituere in vitam, Extrav. Excrabibilis v. ceterum de preb. int. Constit. Joann. XXII. Oppositum tenent Flamin. Rebuff. & alii. X. Ire ad Concilium provinciale per suum vicarium cum voto decisivo; cum aliquo in sede plena capitulum competat solum votum consultivum. XI. Cognoscere de crimine heresis subditorum diocesis, non tamen exemptorum, de quibus iudicat Episcopus, ut delegatus Sedis Apost. c. 9. de heret. XII. Capitulum metropolitanum succedit in jurisdictione Archiepiscopali, cum superioritatem habeat in Ecclesiis suffraganeis, ut colligitur ex Extrav. 5. v. & quia de preb. Denique capitulum potest ea omnia, que Episcopus iure ordinario, nisi sint specialiter prohibita. Ratio horum omnium est, quia hae, & similia pertinent ad ordinariam, & necessariam jurisdictionem Episcopi; sed hae transiunt in capitulum, sede vacante, ut supra ostensum, ergo.

3. Q. II. Qua non possit capitulum sede vacante? R. seqq. 1. Dare dimissiones ad ordines ab extraneo Episcopo recipiendos intra annum vacationis; nisi his, qui acti sunt ratione beneficii recepti, vel recipiendi: secus puniuntur poena interdicti, Trident. 5. 7. cap. 10. de ref. 2. Dare licentiam edificandi novum monasterium, quia in Const. Greg. XIII. incip. Quoniam. Episcopalis licentia per modum forme requiritur; idque de vicario capituli declaravit sac. Congreg. an. 1633. die 19. Jan. 3. Concedere indulgentias, ut venior tenet contra Sylv. Azor. Barbosa. quia facultas concedendi indulgentias videtur specialiter attributa dignitati Episcopali, c. 12. de excess. prelat. 4. Alienare bona immobilia Ecclesiae, & mobilia pretiosa, que servanda fervari possunt c. 1. h. t. nisi specialiter accederet auctoritas Papae, vel contingeret casus urgentis necessitatis, qui moram non patitur. 5. Item inchoare, vel ab Episcopo inchoatum profecti c. fin. h. t. quia sede vacante, Ecclesia caret legitimo defensore; nisi Papa ei det administratorem ad effectum agendi. Capitulum vero Ecclesiae collegiatum suo prelato destituit, si subiectum est Episcopo, cum huius auctoritate, vel capituli sede vacante, agere potest in iudicio. Similiter capitulum quoad bona, & iura sua propria, ab Episcopo independentia, in iudicio stare potest; uti & fenda ad solum capitulum spectantia continere; vel si spectent communiter ad Episcopum, & capitulum. 6. Conferre beneficia, que ad liberam collationem Episcopi pertinent, c. 2. h. t. c. un. eod. in 6. & c. 1. de iustit. in 6. nam talis collatio est donatio, que capitulo non permittitur. At si collatio pertinet ad Episcopum, & capitulum communiter, mortuo Episcopo, vel suspeso, facti potest a solo capitulo, servata forma cap. unie. h. t. in 6. a fortiori collationes necessitatis, seu institutiones sub potestate capituli cadunt, c. 1. de iustit. in 6. Quod si Episcopus ex causa permutationis suscepit resignationem beneficii, capitulo conferre potest beneficia resignata, quia collatio est necessaria; at si capitulum suscepit resignationem beneficii liberi, istud conferre nequit, sed collatio reservatur futuro Episcopo, cum non sit necessaria. 7. Capitulum non admittitur ad electionem Imperatoris, est Archiepiscopus elector fuerit: cum jus hoc eligendi specialiter attributum sit dignitati Archiepiscoporum. 8. Denique capitulum non potest ea, que potest Episcopus, ut Apostolicæ Sedis delegatus; ut visitare, & corrigere exemptos, Trident. sess. 25. cap. 9. de Regg. Clem. fin. de statu Monach. nec ea, que competunt Episcopo ex speciali privilegio, vel que eius dignitati sunt alligata. De vicario capituli vide l. 1. tit. de off. Vicar. a n. 8.

4. Q. III. An sede regulari vacante, iurisdictio irascatur in Capitulum Regularem? R. Affirmative ex c. fin. de Regg. in 6. Clem. 1. Ne in agro, si quis autem, de statu Monach. & quidem si monasterium

pleno iure exemptum est, tota jurisdictione transit ad capitulum; si est subditum Episcopo, jurisdictione manet in Episcopo, & sola potestas discipline regularis in capitulo. Porro potestas ista exercenda est per unum priorem specialiter electum a capitulo; nisi precedens prior communiter constitutus fuerit ab Episcopo, & capitulo simul c. 1. de off. Vicar. in 6.

TITULUS X.

De his, que sunt a Prelato sine consensu capituli.

Agitur de hac materia in Decreto can. 22. & seqq. 12. q. 1. & c. 50. & seqq. 12. q. 2. & 16. q. 7. sparsim Trid. S. 2. c. 6. de refor.

1. Nota consensum, & consilium capituli esse diversa: nam ubi requiritur consensus capituli, Episcopus non tantum tenetur cum exquirere, sed etiam sequi. At ubi requiritur consilium, regulariter tenetur illud exquirere, non tamen sequi; cum consilium non sit obligatorium, l. 2. §. fin. ff. mandati, ibi: nemo ex consilio obligatur, c. 7. de arbit. & can. fin. 14. q. 1. ubi ex S. Hieron. dicitur: ubi consilium datur, offerentis arbitrium est; ubi preceptum, necessitas est servandis. Neque tamen consilium est superfluum, quia per illud consultitur precipiantia prelati, & ex multorum rationibus saepe prelati inducitur ad aliquid faciendum, quod, consilio non adhibito, non fecisset. Ceterum actus, qui fieri debuit cum consilio, sine eo factus, regulariter valet; nisi consilium precipiat per modum forme, ut c. 52. de elect. vel ut prelatum precipiat secundum consilium; vel si addatur decretum irritans; vel si ex subiecta materia constet, non esse per modum consilii, sed consentium; & si petendum est consilium a superiore, cuius est prestare auctoritatem actus; quo modo clericus sine consilio sui Episcopi non potest in se prorogare jurisdictionem alterius prelati.

2. Q. I. Quando Episcopus opus habeat consensu capituli? R. In omnibus gravioribus, & magis arduis negotiis: ita instat regule tenent DD. ex toto hoc tit. Huiusmodi negotia sunt: alienare res Ecclesie, concedere, vel unire Ecclesias aliis Ecclesiis, aut monasteriis, maxime parochiales, conferre beneficia communiter ad prelatum, & capitulum spectantia, c. 1. 2. 3. 6. 8. 9. h. t. Processus criminales instigare contra aliquem canonicum, Trid. S. 25. c. 6. de refor. ubi forma prescripta observanda iubetur; ut scilicet capitulum initio cuiuslibet anni duos ex canonicis eligat, qui in tali processu unum votum habeant; si vero uterque ab Episcopo discordaverit, eligatur tertius ab Episcopo, & capitulo; & si in hac electione discordaverit, electio tertii devolvatur ad vicinorem Episcopum; & iuxta eam partem, cum qua tertius convenit, articulus cause finiatur. Hanc dispositionem Trident. tunc locum habere, quando capitula sunt exempta a jurisdictione ordinaria Episcopi, ferunt declarasse S. Congr. conformiter decreto Pauli III. S. 6. c. 4. de refor. At si capitulum non sit exemptum, Episcopus sua auctoritate procedit contra singulares personas; imo si totum capitulum, etiam exemptum, deliquit, solus Episcopus procedit, ut iterum declaravit S. Congr. nisi veteretur causa propria Episcopi, in qua iudicare nequit: & tunc potestas devolvitur ad superiorem, Engl. n. 4. & alii. 3. Denique Episcopus, aut alius prelatum opus habet consensu capituli in his negotiis, in quibus conclusit talis consensus exquiri, vel in quibus Ecclesie, aut capituli prejudicium vertitur. Et quamvis sine tali consensu Ecclesiam parochialem convertere nequeat in regularem can. 73. si Episcopus 12. q. 1. tamen absque consensu capituli monasterio donare potest quinquagesimam, vel centesimam partem can. 74. ibid. que constitutio salva manet, ut indicat Inn. III. c. 9. h. t.

3. Q. II. Quando prelatum opus habeat consilio capituli? R. In casibus a iure, vel consuetudine expressis; ut in condendis statutis, in institutionibus, & destructionibus Clericorum, eorumque excessibus puniendis; in rebus Ecclesie administrationibus, & in casu, quo res inferioris Ecclesie alienanda est, in convocanda synodo, ceterisque alijs momenti negotiis c. 4. 5. h. t. Expedire autem, ut Episcopus proponat causam manere a capitalibus ponderandam; si tamen causa esset

esset propria Episcopi, is actui deliberationis non deberet interesse, ne liberas respondendi capitalibus impediatur, Trid. S. 25. c. 6. de ref.

4. Hec ita de iure communi, quod consensum in multis inmutavit, cum vicidiam Episcopos multa per se agere, que sine consensu, vel consilio capituli agi non debent; ut Lambertinus dicit preteritum titulum jam recessisse ab aula. Videtur autem talis consuetudo approbata c. 3. de consuet. 6. nisi damnosa esset Ecclesie; tunc enim corruptela dicenda foret cap. 1. de consuetud.

TITULUS XI.

De his, que sunt a majori parte Capituli.

Agitur de hac materia Can. 2. ca. 10. q. 2. & alibi sparsim, ut de electionibus, alienationibus &c.

1. Nota 1. Capitulum in presenti esse collegium Clericorum, qui tanquam membro sub uno Prelato, tanquam capite principali vivunt; ubi sunt capitula secularia, & regularia, collegiata, cathedralia, & metropolitana &c. Et quidem ad capitulum seculare soli pertinent Canonici, non vero pensionarii, nec dignitates, nisi simul sint Canonici, nec Episcopus, seu Prelatus, qui sit. procedenti contra distinguuntur capitulo; nec omnes Canonici vocem habent in capitulo, sed tantum qui saltem in sacro Subdiaconatus ordine constituti sunt Trident. sess. 22. c. 4. de ref. Ad capitulum vero regularitate pertinent soli professi in Subdiaconatu saltem constituti, nisi regula a Sede Apost. probata plus, vel minus requirit ibid.

2. Nota 2. Substantialia capitulum constitutiva esse: 1. Plures personas, ab initio saltem tres l. 85. ff. de V. S. & quidem sub uno capite, seu Prelato; alias non communitas, sed singularitas esset. Iura autem capituli conservantur in uno, si ceteri defecerint, quia in uno stat nomen universitatis l. 7. in fin. ff. quod cuiusque univ. imo in multis, & hi diutius in pavimento remanent iura, nisi communitas supprimatur, seu extingatur. Unde Pontifex monasteria desolata citra causam publicam ab uno Ordine nequit transferre ad alterum, vel alteri usui applicare; cum iura questita subditorum sine gravi, & publica causa tollere nequeat: ita comm. DD. ex precepto naturali: neminem ledere, jus suum cuiusque retinere §. 3. Inst. de J. & J. 2. Ad capitulum requiritur statum, seu causa communis, sigillatim commune, quo acta capitularia mutantur; syndicus, seu procurator communis pro iuribus capituli defendendis.

3. Q. I. Quid juris circa convocationem capituli? R. 1. Sede plena, potestas convocandi capitulum est penes Prelatum; cum & ejus sit rem majoris momenti proponere capitulo: at sede vacante, potestas ista competit decano, seu primarie persone capituli, Trid. sess. 25. c. 6. de ref. 2. Vocandi sunt omnes presentes, vel non procul absentes secundum dicta lib. 1. tit. de elect. num. 10. in qua convocatione maxime attendenda est consuetudo, & statuta particularia, que tamen recipiunt interpretationem ex iure communi, v. g. est statutum, ut omnes absentes voventur, si unus, vel aliter non vocetur, actus a ceteris gestus ipso iure erit validus; sicut de iure communi, licet contempti agere possint ad ejus rescissionem, nisi specialiter per Sacerdotem Apostolicam confirmaretur statutum contrarium iuri communi, cum inferioribus convequant statuta adversantia iuri Pontifici cap. 7. institutionis 25. qu. 2. cap. 9. de M. & O. 3. Tempus celebrando capitulo prefigi potest quodcumque, etiam feriatum, exceptis illis horis, quibus divina officia celebrantur; nisi necessitas urget: nam actus capitulares non exercentur cum strepitu, sicut iudiciales, qui diebus feriatis prohibentur cap. 1. & fin. de fer. Locus vero erit solitarius, vel alius honestus, in quo omnes conveniant, cum separatim acta a singulis non consentantur acta capituli, & aliud sit capitulum, aliud singulares personarum capituli.

4. Q. II. Qua forma expediendus sit alius capitalaris? R. 1. Proposito negotio, quilibet capitalaris mentem suam exprimere debet viva voce, ut appareat etiam sanior pars consentientium, vel dissentientium: nam nonnulli, preteritum juvenes, quos plerumque pri-

vatus affectus fursum deorsum, in laxitates, & exorbitantias trahit, saepe imprudenter darent suffragia secreta, cum magno dispendio Ecclesie, & boni communis. Excipe certa negotia, que ob speciale causam melius per secreta suffragia expediuntur; ut electiones, maxime apud Regulares Trid. sess. 25. c. 6. de reg. & alia preteritum odiosa; quo casu commodius suffragis dantur in scripto, ut motiva, & rationes suffragantis appareant. In levioribus negotiis fabre, seu lapsi solent adherere. 2. Facta collatione prevalet major, & sanior pars capituli; modo sit major absolute quoad omnes, non vero major respectu aliarum partium minorum, est tamen medium superius votum; ut si consentiant sex capitulares ex undecim: ita instat regule ex cap. 1. hoc tit. ibi: prevalet semper, & summ consequatur effectum, quod a majori, & saniori parte capituli fuerit constitutum; dummodo plura tertiam partem capituli non sit contempta; cum potestas capitalaris residet saltem in duabus partibus ex tribus l. 3. 4. ff. quod cuiusque univ. Hec regula non est sine suis exceptionibus, ut mox videbitur. 3. Super actum capitalaris erigi solet scriptura, seu instrumentum, quod munitur sigillo communi, & subscriptione, non necessario omnium, sed juxta consuetudinem duorum, vel trium; nisi aliud specialiter in iure, vel statuto caveatur: absentium vero nomina obpericulum falsitatis, non subscribuntur.

5. Q. III. In quibus casibus major pars non sufficit ad valorem actus capitalaris? R. 1. In electione Papae, in postulatione concurrente cum electione, in dando coadjutore Episcopo amentis, ubi concurrere debent due partes ex tribus, ut suis locis dictum Re. 2. Consensus omnium requiritur in admissione Clericorum ad suffragandum, transferenda potestate eligendi in compromissarios; in actibus mere facultatis, & donationibus liberalibus: nam in his casibus procedit regula 29. in 6. quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari Re. 3. Circa bona communia capituli, seu omnium ut univ. verorum, major pars potest aliquid decernere in prejudicium minoris; cum major pars quoad bona communia repraesentet totam communitem: at quoad bona propria, ut sunt redditus Ecclesiastici cuilibet Canonico assignati, tunc tantum major pars potest aliquid decernere in prejudicium minoris, dum id, de quo agitur, applicandum est eidem Ecclesie, seu capitulo, ob ejus necessitatem, aut evidentem utilitatem; ut pro fabrica Ecclesie, pro seminario, ut Ecclesia ista habeat idoneos ministros; vel si id, de quo agitur, applicandum sit operi extraneo necessario, & utili, v. g. pro alendis pauperibus studiosis, vel religiosis valde necessitatis, aut utilibus. Et in hoc sensu procedit cap. fin. hoc tit. nam in his casibus, dum major, & sanior pars bono communi consulere volens, aliquid ex abundantibus, & superfluis singulorum redditibus detrahendum decernit, valde rationabiliter agit, & minor pars irrationabiliter contradicit; ergo aequum est, ut prevalet decretum majoris, & sanioris partis. At si id, de quo agitur, applicandum sit operi extraneo, specialiter non necessario, vel utili, major pars nihil potest decernere in prejudicium minoris; sed etiam unus contradicendo impedire potest tale decretum; cum hic procedat reg. quod omnes in 6. Multo minus circa bona patrimonialia, vel quasi, aliquid decerni potest in prejudicium singulorum argum. l. 11. ff. de S. P. R. ubi Celsus ait, jus eundi per fundum communem non aliter meum fieri, quam si omnes cedant; cum in re communi potior sit conditio prohibentis reg. 56. in 6.

6. Q. IV. An minor pars contradicere possit decreto majoris partis, vel ab eo appellare? R. 1. Contradicere potest, si causam rationabilem asserat, camque probet eam Superiore capituli, vel arbitris ad hoc electis cap. 1. hoc tit. appellare vero non permittitur, nisi decretum vergat in detrimentum Ecclesie, aut singulorum capitaliarum. Quo casu, si appellaverit (non tenetur autem appellare, sed sufficit contradicere, cum acta extrajudicialia non transeant in rem iudicatam) id commodi habet, quod non teneantur obedire decreto majoris partis: hoc tamen, non obstante appellatione, executioni mandari potest, sed revocabitur: quia evicta causa appellationis, decretum, & gesta post appellationem revocanda sunt. Si vero decretum non vergat



vergat in præjudicium Ecclesie, & capitularium, sed tertii extranei, contradicenti non admittitur appellatio, sed denuntiatio Evangelica coram superiore, ut is peccatum capitularium emendet. 2. Contradictio expressa requiritur in iis actibus, in quibus tacitus consensus sufficit ad valorem; quia tunc tacens habetur pro consentiente ex reg. qui tacet in 6. at in illis actibus, in quibus ad valorem actus requiritur expressus consensus, non requiritur expressa contradictio, ut in electione, alienatione rerum Ecclesie &c. quia tacens non habetur pro consentiente ex reg. is, qui tacet. in 6.

7. Q. V. Quid Episcopus, seu Prælati possit in actu capitulari? R. 1. Episcopus, aut Prælati regulariter non dar votum in actibus capitularibus; imo si vota sint parva, non potest accessu suo unam partem complere: nam juxta Trid. Sess. 25. c. 6. de ref. Episcopi est capitulum convocare, vota, exquirere, & juxta ea concludere; non vero votum dare, nisi simul esset Canonicus; vel nisi aliud haberet consuetudo. 2. Episcopus minorem partem, que irrationabiliter, & sine causa probata contradicit, cogere potest ad patendum decreto majoris partis, v. r. in casu necessitatis aliquid contribuat pro fabrica Ecclesie &c.

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

1. Rubrica ista habens sensum completum, instar regule allegatur, & justissime, tum quia æquum est, ut, toto officio, & onere ad Clericum transeunte, etiam totum beneficium sine diminutione ad illum transeat; tum ne collatorum pro suo, suorumque commodo, beneficia gravent, & diminuant per impositionem pensionum, & reservationem fructuum, quod etiam vetat Trid. Sess. 24. c. 13. v. ad hac de ref. Sed quia nulla regula sine exceptione, ideo

2. Q. I. An, & quis imponere possit beneficii pensionem, seu jus ad certam portionem reddituum? R. 1. Papa non tantum beneficiis inferioribus, sed etiam cathedralibus imponere potest pensionem perpetuam ex justa causa, cum habeat plenam potestatem disponendi de beneficiis; & similiter reservare fructus beneficiorum vacantium c. 2. de prob. in 6. Clem. 1. ut lit. pend.

3. R. 2. Episcopus ex justa causa imponere potest pensionem temporalem, non vero perpetuam, sicut Papa c. 21. & 30. de prob.

Circa pensiones imponendas Parochialibus vide Elench. VI. n. LXXI. par. 1. pag. 471.

Ex Constit. Bened. XIV. in sublimi 29. Aug. 1741. Resignationes beneficiorum cum reservatione pensionis, & pacto eam cassandi per anticipatas, vel anticipandas solutiones annullantur, adituque pena privationis beneficii, inhabilitatis ad alia assequenda, & etiam restitutionis percipere pecunia pro ejusdem pensionis cassatione, cassationisque, & extensione pensionum irritantur intra sex menses a capta beneficii possessione; ac etiam cassationes commo cas exigentia facta intra sex menses a capta possessione.

4. Q. II. Cui constitui possit pensio? R. 1. Clerico saltem penna tonsura insignito, non conjugato, non bigamo, non excommunicato, aut suspensa, non irregulari ex stylo Curie; sed teste Garcia, oppositum declaravit S. Congr. in Cremonens. non illegitimo, nisi dispensatus sit ad primam tonsuram. Quia vero pensio non est beneficium proprie c. 4. de prob. in 6. non requiruntur in pensionario 14. anni, sed sufficit ætas supra septennium apta ad suscipiendam primam tonsuram. 2. Pensionarius obligatur recitare horas Canonicas: secus omittendo, pro rata non facit pensionem suam: & similiter pro rata tenetur ad collectas, subsidium charitativum & similia onera: non tamen tenetur deserre habitum, & tonsuram clericalem ex Constit. 92. Sixti V. Cum sacrosanctam. correctoria Const. Pii V. 71. nisi pensio excedat summam 60. ducatorum auri de camera. 3. Laicus ex solius Pape licentia percipere potest pensionem temporalem, quia jus extendi fructus nemo alius separare potest a titulo spiritualis officii. Hac autem separatione facta, pen-

sio, utpote jus temporale, citra simoniam vendi, aut redimi potest.

Vide nota supra.

5. Q. III. Quam forma pensio constituatur? R. 1. Ex justa causa, v. g. ob bonum pacis, & concordie inter litigantes, ob merita, vel ministerium Ecclesie exhibitum, ob sustentationem Clerici, qui causa ferri, vel infirmitatis renuntiaverit beneficio, pro subsidio pauperum scholarum, captivorum, egentium &c. 2. Pensiones istæ debent esse moderata: & ideo Episcopatus, qui mille, Canonicatus, & parochia, que centum, & beneficia simplicia, que 24. ducatorum summam annuam non excedunt, non dedit gravari pensionibus. Trid. Sess. 24. c. 13. de ref. quia non debet beneficiario sustentatio surripi, & dis cooperiri unum altare, ut cooperiatur alterum. Quodsi beneficium gravatum est una pensione, imperatoris Papis ad alteram censetur subreptitia; nisi prioris mentionem faciat, quia Papa non censetur velle bis gravare. 3. Exquirendus est consensus beneficiarii, qui sufficit tacitus; ut & patroni, si beneficium est patronatum, saltem pro eo casu, quo ipsum beneficium gravatur. Papa his solemnitatibus non ligatur: ut tamen licite pensionem imponat, requiritur justa causa; secus non tam displiceret, quam displiceret bona Ecclesiastica.

6. Q. IV. An fieri possit translatio pensionum ab una in aliam personam? R. Potest de solius Pape licentia: nam talis translatio est extinctio veteris pensionis, & constitutio novæ in vitam translaturæ; quod fieri nequit, nisi vi indulgi Apostolice, & coram exequutore Canonico cathedrali, vel persona in dignitate constituta, Gave. Flamin. &c. Indulta ejusmodi translationum revocata sunt a Pio V. Constit. Sacrosanctum, ita ut potestas transferendi deinceps non concedatur, nisi S. R. E. Cardinalibus; & ex privilegio Sixti V. Militibus Laurentis. Fieri autem potest hæc translatio, etiam in articulo mortis, non obstante reg. Cancell. de viginti; non tamen per testamentum, ut decidit Rota in Placentina pensionis 1602. 17. Jun.

Quicumque alii pensionarii transferre nequeunt pensiones, nisi ex speciali indulto S. Sedis, raris quibus concedi solito familiaribus Pape, & conclavistis. Circa formam hujusmodi translationis servandam inspicendus est tenor indulti, in quo semper ponitur clausula. Servata tamen forma Constit. Innoc. XI. super translationibus pensionum editæ, relate a Car. de Luca post tractatum de pensionibus ad ornatum Constit. Innoc. XI. de non transferendis pensionibus ultra medietatem illarum.

7. Q. V. Quomodo extinguatur pensio? R. 1. Si pensio imposita est beneficiario, morte illius, si vero beneficio, morte pensionarii. II. Matrimonio contracto a pensionario, nisi adesse dispensatio Pape, vel pensio esset laicali. III. Professione religiosa. IV. Militia assumpta; ceteri non pugnaverit. Sac. Congr. in Nicens. 19. Dec. 1648.

Et novissime in Ulixbonen. orientalis pensionis 23. Novemb. 1737. ut in sol. ejusd. diei in Theaur. resol. Cong. Conc. ubi Eminentissimus Cavalchini tunc Secretarius plura eruditissime de more in hac eadem facti specie cumulat; etiam agatur de militia custodia corporis Pontificis equinum levit armatura, ut ibidem decisum fuisse refert ab eadem Sac. Cong. 7. Decemb. 1720.

V. Remissionem pensionis in perpetuum. VI. Promotione ad Episcopatum ex stylo Curie; nisi Episcopatus esset titularis, vel Cardinalatus.

Quando amittatur pensio ob non delationem habitus Clericalis vide Elencho VI. num. XXIII. par. I. pag. 452.

Pensio annexa officio spirituali citra simoniam realium pecunia non potest: imo probabilis nec pensio mixta, que datur Clerico; non tamen ob aliquod ministerium spirituale: nam beneficiatus, nisi obtenta licentia Pape, non habet potestatem extinguendi propriam pensionem, & taxandi certam summam in locum pensionis succedentem. Plura de his vide in Garcia, Flamin. & aliis.

8. Q. VI. Quid Episcopus possit circa reservationem fructuum? R. 1. Episcopus non potest districte collationem beneficiorum, ut ipse intermedios fructus percipiat arg. cap. 30. §. fin. de prob. sed fructus isti alie-

servandi sunt successori; nisi pars aliqua eorum impendi debet fabrica Ecclesie cap. 4. in fin. de offic. Ord. Insuper prohibetur ei, ne ex beneficio conferendo aliquam partem fructuum sibi, vel suis amicis reserve, c. un. h. 2. quia hic ex pacto daretur spirituale pro temporali. 2. In casu necessitatis potest Episcopus redditus vacantis beneficii reservare, v. g. ad exsolvenda debita nomine Ecclesie contracta, ad fabricam Ecclesie; modo beneficiorum sit abundans; talisque reservatio aliquorum fructuum sit ante, vel in ipsa collatione beneficii. Ita com. cum S. D. 2. 2. quast. 100. a. 4. in fin. nam quod in jure est illicitum, necessitas facit licitum ex reg. 4. in antiq. At pro sua, vel capitulari mensa tales fructus non potest applicare, Clem. 2. de reb. Eccl. non al. c. 32. de P. S. ubi id tributur privilegio Apostolico, ne scil. Episcopus cum capitulo auctoriter suam propriam factum.

TITULUS XIII.

De rebus Ecclesie alienandis, vel non.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementinis, & Extrav. com. h. 1. in Decreto 10. quast. 2. & 12. q. 2. & 16. quast. 6. & c. id constitutum 17. q. 4. in Trident. Sess. 23. c. 11. & Sess. 25. c. 11. de ref. nov. 7. 40. 46. 120. & l. 14. cum seqq. C. de Sac. Eccl. item argumento ducto a minoribus in Pandectis lib. 27. tit. 9. in Codice lib. 5. tit. 71. 72. 73.

1. Nota 1. Res Ecclesie alias esse corporales, que sensu corporeo tangi possunt, ut fundi, pecunia. Alias incorporales, que solo intellectu percipiuntur, ut jurta. 2. Alias immobiles, que loco moveri nequeunt, vel naturaliter, ut fundi, vel civiliter, que licet ex natura sua moveri possint, tamen quia destinatae sunt ad perpetuum ornamentum, seu utilitatem rei immobilis, accessorie dicuntur immobiles, ut portæ, fenestræ &c. l. 13. §. final. de action. emp. Alias mobiles, que de loco moveri possunt. Jura, & actiones sequuntur conditionem rei, cui inherent; ac proinde immobiles, & mobiles accensentur. 3. Res immobiles vel sunt magni momenti, seu magnæ utilitatis, vel exigui momenti, seu parvæ utilitatis, de quo, cum jure definitum non sit, prudens iudex arbitrabitur secundum circumstantias locorum, & temporum. Similiter res mobiles, vel sunt fungibiles, que uno usu consumuntur, & servando servari non possunt, ut frumentum, vinum, oleum, quibus etiam pecunia accensetur: vel sunt servabiles, seu non fungibiles, que servando servari possunt: & hæc vel pretiosæ, ut monilia, vasa aurea &c. vel non pretiosæ, ut communis alia suppellex. Quartus valor requiritur, ut res dicatur pretiosa, non convenient DD. alii 100. alii 25. alii 20. aureorum valorem assignant: sed in hoc maxime attendi debet praxis & consuetudo locorum.

Vide infra post n. 3.

4. Ex rebus Ecclesie, alie sunt profane, que sunt juris humani, & intra commercium, ut fundi, prædia, animalia, servi &c. alie sacre, & religiose, que sunt juris divini ob specialem deputationem ad cultum divinum: atque ita extra commercium humanum, ut templa, altaria, calices &c. §. 7. Inst. R. D. In certis tamen casibus alienari possunt; dummodo labes simoniae evitetur.

2. Nota 2. quod alienatio stricte sumpta sit actus, quo dominium plenum, aut saltem directum rei in alterum transfertur, ut venditio, donatio, penultio, l. 67. pr. ff. de V. S. alienatio late accepta est actus, quo jus quodcumque rei in alterum transfertur, ut dominium utile, usufructus, servitus, &c. & in hoc secundo sensu hæc alienationem accipi, infra dicetur. Agitur autem hic 1. de rebus alienari permixtis, vel prohibitis. 2. De modis. 3. De forma. 4. De effectu alienationum: & ultimo de penis male alienantium.

3. Q. I. Que res Ecclesiarum alienari sint permixte? R. Id pendere ex praxi, & consuetudine locorum, cum regula a jure definita non sit. In specie autem alienari possunt. 1. Res mobiles non pretiosæ, & que servando servari non possunt, ut poma, oleum &c. 2. Res inutiles, & multo magis si damnosæ sint, ut servus fugitivus. 3. Bona ab antiquo in feudum, vel emphyteusim dari solita: que si redeant ad Ecclesiam, alie-

terum hoc modo obligari possunt c. fin. de feud. 4. Pecunia, que regulariter rebus fungibilibus accensetur §. 2. Inde usufr. 5. Bona etiam immobilia donata, vel legata Regularibus ad ea possidenda incapacibus: nam tunc alienatio est necessaria necessitate juris; pretium vero ex iis alienatis perceptum, convertendum est in utilitatem monasterii, sicut accidit apud FF. Minores S. Francisci. 6. Terrule, & alie res immobilis exigui valoris, & parvæ utilitatis Can. 35. terrulas 12. q. 2. cui Canon non fuisse derogatum per Extr. Ambrosiæ b. 1. in. com. nec per Trid. S. 22. c. 11. de ref. declaravit S. Congr. Conc. teste Fagn. in c. 5. nulli b. 1. a n. 24. Ratio est, quia Prælati permittitur donatio rei modicæ, c. 2. de donat. licet alias donatio generaliter sit eis interdicitæ; ergo & alienatio rei modicæ, & parvæ utilitatis; ut jura ista optime interpretatur praxis, & consuetudo. Porro res istas alienabiles potest licite Prælati alienare, licet fecerit juramentum de non alienando; cum tale juramentum in materia juris emissum, interpretationem ex jure recipiat, ut intelligatur de non alienando tunc, quando jus alienationem prohibet c. 21. 25. de jurejur.

Hæc eadem facultas ex decreto Cong. Conc. 17. Novemb. 1703. relato a Card. Petra in commentar. ad const. P. Pauli II. tit. 19. n. 70. competit etiam Abbatibus vere nullius: non vero aliis Superioribus regularibus, etiam majoribus, ex decret. Cong. Episc. in Trojeen. alienat. 11. Januar. 1692. a Monacelli in formul. fori Eccles. tit. 5. formul. 15. n. 28. quin in hujusmodi rerum exiguarum alienatione indiget licentia, & decreto Ordinarii, ut firmat etiam Bened. XIV. Instit. Eccles. 69. Res vero exigue, vel modici valoris ex decreto d. Congreg. Episc. 22. Martii 1611. relato ab eodem Petra loc. cit. num. 62. ex stylo Curia dicuntur, que non excedunt summam XXV. scutorum aureorum licet Congr. Conc. teste Fagn. in c. Nulli hoc eod. tit. usque ad an. 1613. duxerit, nihil circa hanc valoris summam statuisse, sed deducendum esse ex jure communi. Nec ultra dictam summam suffragatur consuetudo, ut ex aliis ejusd. Cong. Conc. decretis relatis a d. Petra n. 65. a quo solide reprobatu abusus; & dolus, quo res magni valoris per plures alienationes modicæ diversis vicibus concedi posse ab Episcopis aliqui distillarunt, cum id fieret in fraudem legis.

4. Q. II. Quæ res Ecclesiarum alienari sint prohibita, puta sine solemnitatibus a jure requisitis? R. Omnes res immobiles magni momenti, & mobiles pretiosæ, que immobilibus equiparantur: ita Imp. Leo, & Anthemius, Justin. Nov. 7. 46. 120. & lib. 21. cum aut. hoc jus C. de Sac. Eccl. que prohibitio multis Canonice sanctionibus firmata est Can. 19. & seq. 12. q. 2. c. 1. 7. 8. de his, que a Prælat. & per plura capitula hoc tit. & Trident. Sess. 22. c. 11. de refor. & per plures speciales Sedis Apost. constitutiones. Cujus prohibitionis causa est necessitas, & utilitas Ecclesiarum, ne, patrimonio earum consumpto, ministri egent, cultus divinus minuat; & tandem ipsæ Ecclesie pereant. In specie alienari prohibentur; 1. Oppida, castra, villa, prædia, & similia bona, que radicem habent. 2. Vasa aurea, argentea, usufructus longi temporis, census annui, reliquæ insignes Sanctorum; ut totum corpus, caput, brachium &c. Bibliothecæ: unus tamen, vel alter liber (nisi esset specialiter rarus, & utilis, non facile acquisibilis) alienari possit. 3. Actiones rerum immobilium, vel pretiosarum, quantum conditionem sequuntur. 4. Pecunia data cum conditione, ne alienetur, sed instar feudarii alienetur: vel data, aut ex venditione rerum redacta in eum finem, ut res immobilis, vel mobilis pretiosa ematur. 5. Pecunia in dotem Ecclesie, & sustentationem ministrorum data; ut ex censu illius vivat; cum talis pecunia equiparetur fundo ad sustentationem perpetuam destinato. Item die de pecuniapro annuis fundationibus, & oneribus Missarum, & similibus destinata: nam sicut sustentatio pro ministris debet esse perpetua, ita pecunia censu, vel aliis licitis usibus fructificans, perpetua sit oportet. Quo in genere potissimum stringuntur Prælati Ecclesiarum, & monasteriorum, que fundis carent, & ex solis annuis censibus sustentantur: ita hæc omnia deducuntur ex cap. 5. hoc tit. Extrav. Ambrosiæ. eod. in. com. ubi generaliter prohibetur alie-